

I N S C A L A

*Sextus gradus dicitur Congelatio albi-
ficatiua & naturaliter fixa-
tiua.*

Et est congelatio mollis induratio, humoris occultatio, spiritus fixatio, diuersorum colligatio, homogeniorum seu homogenitatis renouatio, fugientiumque ab igne ad ignem conueniens adaptatio, vt ostensi tinctura vnius, & natura extrauersua perpetuetur in altero.

Et sciendum quod mortificatio grossi terrestri in humido generatur nigredo, & constricto frigido humido in sicum generatur albedo.

Nam siccitas procedit dealbando, sicut humiditas denigrando calore mediante, quoniam absque calore nutritiuo mundo est dare motum, Rubeum vero est magis nigrum quam album cum igne sine caliditate, Croceum de paruo nigro, & multo albo cum aere humiditatis.

Citrinum est magis album quam nigrum cum multitudine aerietatis aquæ desiccate quam igne quod de nigro non deueniens, ad citrinum, nec ad rubeum nisi primo fuerit album, quia non est transitus de primo ad tertium, nisi per secundum.

Et sciendum quod elementa non vniuntur nisi in albo colore, Cumque album sit semicoctum nō
exi

exi